

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Amor e
cum fonte primo

Duas ciuitates duo faciunt amores:
Ierusalem facit amor Dei,
Babiloniam facit amor seculi.
Interroget igitur se quisque quid amet
et inueniet unde sit ciuis.

Augustinus super Psalmum LXIII.

Duas istas ciuitates faciunt duo amores:
Ierusalem facit amor Dei;
Babyloniam facit amor saeculi.
Interroget ergo se quisque quid amet,
et inueniet unde sit ciuis;
et si se inuenerit ciuem Babyloniae,
extirpet cupiditatem, plantet caritatem;
si autem se inuenerit ciuem Ierusalem,
toleret captiuitatem, speret libertatem.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes
in Psalmos*, 64.2 (CCSL 39, E. Dekkers
& J. Fraipont eds., p.824, ll.26-31).